

Barbaro comite causā lugubris clamoris ,
 responsum est , sollemne illud esse alicuius
 iam iam vita functi argumentū. Sed pro-
 pius ad Barbarica tuguria succedentibus
 puer interrogatus indicauit , nō mortui ,
 sed morientis esse cōplorationē ; atque ad
 P. Biardum conuersus ; Quin tu , inquit ,
 accurris , si forte in viuētē adhuc inci-
 das , & eius morti Baptismum praeuertas ?
 Ea pueri vox , tamquā cælo missa , Pa-
 trem & comites ad cursum vehementer
 accendit , quibus ad agrestes casās appulsis ,
 Barbarorū sub dio stantium lōgissima ala ,
 directo ordine instructa occurrit , atq ; in
 spectātis alæ , & mœrore defixæ oculis
 obambulans pater , cuius in vlnis tenellus
 moriebatur puer. Hic vt animam æger-
 rimè trahebat , interruptis debilitate sin-
 gultibus ad mortem properans , miserum
 parentem miseratione cruciabat & dolore.
 Ad quoslibet autem infantis singultus ,
 horrendū eiulabat parens , cuius eiula-
 tum adstantis Barbaricæ concionis mox
 luctuosus excipiebat vlulatus. Pater Bi-
 ardus adiit ad afflictum puelli parentem ,
 rogauitque an ipso volente moribundum
 infantem

infan
 genti
 mitte
 postu
 cuper
 cit ,
 fuscip
 aquis
 nomi
 mula
 inger
 preca
 bus i
 mate
 puer
 tietat
 veget
 Barb
 rei h
 rum
 in v
 comp
 præd
 auidi
 peron
 recip